

THESES

Ex

L. REM MA-
IORIS 2. COD.
DE RESCINDEN-
DA VENDITIONE.

Eas

PRÆSIDE

SCIPIONE GEN-
TILI, I.C. ET ANTE-
CESSORE.

Publicè disputando tueri co-
nabitur, GABRIEL CLE-
ment Noribergensis, in Audito-
rio Welseriano. Men-
se Junio.

NORIBERGÆ,

Typis Catharina Theodorica.

ANNO

M D XCIX.

VIRO
MAGNIFICO ET
AMPLISSIMO DN: GE-
ORGIO VOLCAMERO IN-
CLYTÆ REIPVB: NORIBERG: SENA-
TORI ET SCHOLARCHÆ DN:
Patrono omni observantiã
colendo,

*Hasce positiones legales
humil: dedicat*

GABRIEL CLEMENT
NORIBERGENSIS
Respond:

T H E S I S I.

A It Vlp: ^a ex Pomponio: in precio emtionis & venditionis naturaliter, id est, Iure gentium licere contrahentibus se circumvenire

a) *L. in causa 16. § Idem Pomponius 4. D. d. minor:*

II.

Quod non ita accipiendum, quasi in hoc contractu proberetur dolus, qui semper abesse debet: ^a sed ut liceat, quod pluris est, minoris emere, & quod minoris est, pluris vendere. ^b

a) *L. 6. § Vlt. D. de act; emti.* b) *l. 22. § 3. D. loc:*

III.

Sive cum res ipsa in se dolum habet, id est, dolus sit in re & precii quantitate, non in contrahentium machinatione de re aliquid mentientium aut malitiosè cælantium, quo pluris vendant vel minoris emant.

d. L. 6. § Vlt. l. si voluntate 8. C. de res: vendit:

III I.

Terminus tamen est præscriptus, rescripto hoc Imp: Diocletiani & Maximiniani, ^a quo non licet emtori venditorem ultra dimidium veri precii decipere: siq; deceptus ita fuerit, humanum esse, venditorem, restituto emtori precio, rem venditam auctoritate iudicis recipere: vel, si emtor elegerit non rescindi contractum, sed iustum precium supplere velit, recipere id quod iusto precio deest.

a) *In L. rem maioru 2. l. si voluntate 8. C. de rescind. vend.*

V.

Duo hic notanda veniunt. Primum Imp. hoc Ius novè introduxisse, nec fuisse I. Ctorum responsis, quæ in Digest: extant, cognitum, ^a licet Dd. communiter ^b & Cuiaci: ^c diversum sentiant.

a) *Pinel: ad L. 2. p. 1. Cap. 1. n. 3. & seqq: C. h. t. Ant: Fab: de error. pragm: Des 7. errore. 7.* b) *ad l. si quis cum aliter D. d. V. O.* c) *lib. 23. Obs. 34.*

VI.

Alterum, quia hoc Ius novum summâ æquitate & humanitate nititur, huius conditores laude magis quam vituperio dignos esse.

Pinel: d. Cap. 1. n. 22 contra Carol. Molin: tract: de commerc: n. 172.